Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



CANTICO V.

meo. manus mee stillauerunt murra. & digiti mei pleni mur-
ra probatissima. pessulum ostij mei aperui dilecto meo. at ipse
declinauerat atque transierat. anima mea liquefacta est ut dilexit
eum. quesiui & non inuenerunt eum. vocauiq; & non dedit mihi
inuenerunt me custodes qui circuierunt ciuitatem. percusserunt me
vulnerauerunt me tulerunt pallium meum custodes murorum.
adiuro uos filie hierusalem si inueniritis dilectum meum ut nun-
cietis ei quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto
o pulchra mulierum. qualis est dilectus tuus ex dilecto quia sic ad-
iurasti nos. Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex
millibus. Caput eius aurum optimum. comae eius sicut elate palmarum
nigre sicut corvus. oculi eius sicut columbe super rivulos aquarum
lacte sunt lote & resident iuxta fluenta plenissima. Gene-
ra eius sicut arcola aromatum. consite a pigmentarijs. Labia
eius distillantia murram primam. manus illius torenatiles
aureae plene iacinctis. venter eius eburneus distinctus sa-
phyris. Crura illius columpne marmoree que fundate
super bases aureas. Species eius ut libani electus ut cedri.
Guttur illius suauissimum & tota desiderabilis. Talis est dilectus meus
& iste est amicus meus. filie hierusalem. Quo abiit dilectus tuus o
pulchrorum mulierum. Quo declinauit dilectus tuus & querem eum tecum.

VI

Dilectus meus descendit in hortum suum
ad areolam aromatum. ut pascatur in hortis & ly-
lia colligat. Ego dilecto meo & dilectus meus mihi qui pascitur
inter lylia. pulchra es amica mea suauis & decora sicut
hierusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. Auerte oculos tu-
os a me quia ipsi me fecerunt auolare. Capilli tui sicut greges
capriarum quas apparuerunt de galaad. Dentes tui sicut greg
ouium. qui ascenderunt de lauacro omes gemellis fetibus et
sterilis non est inter eos. Sicut coccinum mali punici sic gene tui
absque occultis tuis. Hec sexaginta regine & octuaginta concubine
& adolescentularum non est numerus. Una est columba mea. perfecta mea.
Una est matris sue electa genitrici sue. Viderunt
eam filie sion & beatissimam predicauerunt & regine & concubine
& laudauerunt eam. Quasi diluculum egredientem sicut aurora
surgens. pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut
castrorum acies ordinata. Descendi in hortum meum
ut videam poma nucum. & inspicerem si floruisset
vinea & germinassent mala punica. Nescium. Ante
mea conturbauit me propter quadrigas aminadab. Reuertere re-
uertere sunamitis. reuertere reuertere ut intueamur te.

VII

Quid uidebitis in sunamitide nisi choros
castrorum. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filie
principis. Iuncture femorum tuorum sicut monilia que fabri-
cata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis
nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici
vallatus lilijs. Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli
capreae. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut pi-
scina in hesebon que sunt in porta filie multitudinis. Nasus tu-
us sicut turris libani. que respicit contra damascum. Caput tuum ut
carmelus. & come capitis tui sicut purpura regis iuncta ca-
nalibus. Quam pulchra es & quam decora charissima in deliciis.
Statura tua assimilata est palme & ubera tua botris. Dixi
ascendam in palmam & apprehendam fructus eius. Erunt
ubera tua sicut botri uinee & odor oris tui sicut odor ma-
lorum. Guttur tuum sicut uinum optimum dignum dilecto meo
ad potandum. labiisque & dentibus illius ad ruminandum.
Ego dilecto meo. & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi egredi-
amur in agrum commorentur in uillis. Mane surgamus ad
uineam. videamus si floruit vinea. Si flores fructus
parturiunt. si floruerunt mala punica. ibi dabo
tibi ubera mea. Mandragore dederunt odorem nostri portes
nostris. Omnia poma nouaque et uetera dilecte mi seruauit tibi.

VIII

Quis mihi det te fratrem meum sugentem
ubera matris mee. ut inueniam te foris & deosculer te. nec iam me eum despiciat. Apprehendam te & ad-
ducam te in domum matris mee. & in cubiculum genetricis
mee. Ibi me docebis & dabo tibi pocillum exquisito con-
dito. & mustum malorum granatorum meorum. Leua eius
sub capite meo. & dextera illius amplexabitur me. Adiu-
ro uos filie hierusalem ne suscitetis neque euigilare faciatis
dilectam donec ipsa uelit. Quae est ista que ascendit
de deserto deliciis affluens innixa super dilectum su-
um. Sub arbore malo suscitauit te. ibi corrupta est
mater tua. ibi violata est genitrix tua. Pone me ut
signaculum super cor tuum. ut signaculum super brachium
tuum. quia fortis est ut mors dilectio. dura sicut infernus
emulatio. Lampades eius lampades ignis atque